

Universitätsbibliothek Wuppertal

Stoicorum veterum fragmenta

Chrysippi fragmenta logica et physica

Arnim, Hans von

Lipsiae, 1903

Physica IX. De divinatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2762](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2762)

Physica IX.

De divinatione.

§ 1. Esse divinationem, si di sint et providentia.

1187 Cicero de divin. I 3, 6. *accessit acerrimo vir ingenio Chrysippus, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraculis, uno de somniis: quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit, eius auditor.*

1188 Cicero Acad. Pr. II 107. Cum Panaetius — ea de re dubitare se dicat, quam omnes praeter eum Stoici certissimam putant, vera esse haruspicum <responsa>, auspicia, oracula, somnia, vaticinationes etc.

1189 Cicero de divin. II 63, 130. *Chrysippus quidem divinationem definit his verbis: Vim cognoscentem et videntem et explicantem signa, quae a diis hominibus portendantur: officium autem esse eius praenoscerere, dei erga homines mente qua sint quidque significant, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Idemque somniorum coniectionem definit hoc modo: Esse vim cernentem et explanantem, quae a diis hominibus significantur in somnis.*

1190 Aëtius Plac. V 1, 1. Πλάτων καὶ οἱ Στωικοὶ τὴν μαντικὴν εἰσάγουσι κατὰ τὸ ἐνθεον ὅπερ ἐστὶν ἐνθεαστικὸν [κατὰ θεϊότητα τῆς ψυχῆς, ὅπερ εἶπεν ἐνθουσιαστικὸν] καὶ τὸ ὀνειροπολικόν. οὗτοι τὰ πλείστα μέρη τῆς μαντικῆς ἐγκρίνουσι (sc. Stoici).

1191 Diogenes Laërt. VII 149. καὶ μὴν καὶ μαντικὴν ὑφεστάναι πᾶσάν φασιν, εἰ καὶ πρόνοιαν εἶναι· καὶ αὐτὴν καὶ τέχνην ἀποφαίνουσι διὰ τινὰς ἐκβάσεις, ὥς φησι Ζήνων τε καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ μαντικῆς.

1192 Cicero de divin. I 38, 82. *Quam quidem esse re vera hac Stoicorum ratione concluditur: „Si sunt dii, neque ante declarant*

10 add. Ernestius.

20 ἐνθεαστικόν Gal., ἐνθουσιαστικόν codd. Plut.

21 κατὰ — ἐνθουσιαστικὸν paraphrasin secl. Diels. || καὶ τὸ ἀστρονομικόν καὶ τὸ ὀρεοσκοπικόν add. Gal.

24 φασὶ πᾶσαν (hoc ord.) BP. || ἢ pro εἰ PF.

23 ἐμβάσεις P (corr. P¹).

26 ἐν τοῖς δύο B.

hominibus, quae futura sint, aut non diligunt homines, aut quid eventurum sit ignorant, aut existimant nihil interesse hominum scire quid sit futurum; aut non censent esse suae maiestatis praesignificare hominibus quae sunt futura, aut ea ne ipsi quidem dii significare possunt. At neque non diligunt nos, sunt enim benefici generique hominum amici: neque ignorant ea, quae ab ipsis constituta et designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea quae eventura sunt; erimus enim cautiores, si sciemus: neque hoc alienum ducunt maiestate sua; nihil est enim beneficentia praestantius: neque non possunt futura praenoscere. 83. Non igitur sunt dii nec significant futura. Sunt autem dii: significant ergo. Et non, si significant, nullas vias dant nobis ad significationis scientiam: frustra enim significarent: nec, si dant vias, non est divinatio: est igitur divinatio. 39, 84. Hac ratione et Chrysippus et Diogenes et Antipater utitur.

Cf. II 49, 101.

1193 Cicero de divin. II 41. Ita enim, cum magis properant, concludere solent (scil. Stoici): „Si di sunt, est divinatio; sunt autem di; est ergo divinatio.“

1194 Cicero de legibus II 32. Si enim deos esse concedimus, eorumque mente mundum regi, et eorum numen hominum consulere generi et posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non video, cur esse divinationem negem. 33. sunt autem ea, quae posui; <ex> quibus id, quod volumus, efficitur et cogitur.

1195 Quintilianus Instit. orat. V 7, 35. his adicere si quis volet ea quae divina testimonia vocant, ex responsis, oraculis, ominibus, duplicem sciat esse eorum tractatum: generalem alterum, in quo inter Stoicos et Epicuri sectam secutos pugna perpetua est, regaturne providentia mundus, specialem alterum circa partis divinationis, ut quaeque in quaestionem cadet. aliter enim oraculorum, aliter haruspicum, augurum, coniectorum, mathematicorum fides confirmari aut refelli potest, cum sit rerum ipsarum ratio diversa.

§ 2. De somniis.

1196 Tertullianus de anima cp. 46. Sed et Stoici deum malunt providentissimum humanae institutioni inter cetera praesidia divinatorum artium et disciplinarum somnia quoque nobis indidisse, peculiare solacium naturalis oraculi.

1197 Cicero de nat. deor. III 93. Sed quo modo iidem dicitis non

8 quae ventura sunt H quae eventura sint ABV. 13 et non si Lambin., et si non ABHV. 22 eorum numen Schoemann, eorundem ABH. 24 ex add. Rathius.

omnia deos persequi, iidem vultis a dis immortalibus hominibus dispertiri ac dividi somnia? Idcirco haec tecum, quia vestra est de somniorum veritate sententia. Atque iidem etiam vota suscipi dicitis oportere.

1198 Chalcidius ad Timaeum cp. 251. Heraclitus vero consentientibus Stoicis rationem nostram cum divina ratione connectit regente ac moderante mundana: propter inseparabilem comitatum consciam decreti rationabilis factam quiescentibus animis ope sensuum futura denuntiare. ex quo fieri ut adpareant imagines ignotorum locorum simulacraque hominum tam viventium quam mortuorum. Idemque asserit divinationis usum et praemoneri meritos, instrumentibus divinis potestatibus; hi[c] quoque parte abutentes sententiae pro solida perfectaue scientia.

1199 Cicero de divin. I 20, 39. *veniamus ad somnia, de quibus disputans Chrysippus multis et minutis somniis colligendis facit idem, quod Antipater, ea conquirens, quae Antiphontis interpretatione explicata declarant illa quidem acumen interpretis: sed exemplis grandioribus decuit uti.*

1200 Cicero de divin. I 56. Quid? illa duo somnia, quae creberrime commemorantur a Stoicis — unum de Simonide, qui cum ignotum quandam proiectum mortuum vidisset eumque humavisset haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura adfecerat; si navigavisset, eum naufragio esse periturum; itaque Simonidem redisse, perisse ceteros, qui tum navigassent.

1201 Cicero de divin. II 65, 134. *Defert ad coniectorem quidam, somniasse se, ovum pendere ex fascea lecti sui cubicularis. Est hoc in Chrysippi libro somnium. Respondet coniector, thesaurum defossum esse sub lecto. Fodit, invenit auri aliquantum idque circumdatum argento. Misit coniectori quantulum visum est de argento. Tum ille „nihilne, inquit, de vitello?“ id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum.*

1202 Photius lexicon s. v. νεοττός — — ὅτι δὲ τὸ ὠχρόν νεοττόν ἔλεγον, μαρτυρεῖ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ χρησμῶν „ὅναρ γάρ τινα φασὶν θεασάμενον ἐκ τῆς κλίνης αὐτοῦ κρέμασθαι ὡς προσαναθέσθαι ὀνειροκρίτῃ, τὸν δὲ εἰπεῖν. ὀρύττων θησαυρὸν εὐρήσεις κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον· εὐρόντα δὲ σταμνίον, ἐν ᾧ ἀργύριον ἦν καὶ χρυσίον, ἐνεργεῖν τι τοῦ ἀργυρίου τῷ μάντει· τὸν δὲ μάντιν εἰπεῖν τοῦ δὲ νεοττοῦ οὐδὲν μοι δίδως;“

1203 Apostolius XII 7. νεοττοῦ οὐδὲν μοι δίδως. laudatur Chrysippus ἐν τῷ περὶ χρησμῶν. Cf. Suidas, Photius, Arsenius XXXVII 15.

1204 Cicero de divinatione I 27, 57. *Alterum ita traditum clarum admodum somnium. Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent et Megaram venissent, alterum ad coponem devertisse, ad hospitem alterum. Qui ut cenati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, ut subveniret,*

quod sibi a copone interitus pararetur; cum primo perterritum somnio surrexisse; dein cum se collegisset idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse; tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare, ut quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur; se interfectum in plastrum a copone esse coniectum et supra stercus iniectum; petere ut mane ad portam adesset, priusquam plastrum ex oppido exiret. Hoc vero eum somnio commotum mane bubulco praesto ad portam fuisse. quaesisse ex eo, quid esset in plaustro; illum perterritum fugisse: mortuum erutum esse; coponem re patefacta poenas dedisse.

1205 Suidas s. v. Τιμωροῦντος. — — Λέγει γοῦν Χρύσιππος ἐν Μεγάροις καταχθῆναι τινα, χρυσίου ζώνην πεπληρωμένην ἐπαγόμενον. ἀπέκτεινε δὲ ἄρα αὐτὸν πανδοκεὺς ὁ ὑποδεξάμενος ὀψιθέντα, ἐποφθαλμίσας τῷ χρυσίῳ εἴτα ἔμελλεν ἐκκομίζειν ἐφ' ἀμάξης ἀρούρης κόπρον, ὑποκρούσας ἐν ταύτῃ τὸν πεφονευμένον. ἡ τοίνυν ψυχὴ τοῦ τεθνεῶτος ἐφίσταται Μεγαρεῖ τιμὴν καὶ λέγει ὅσα τε ἔπαθε καὶ ὑφ' οὗτον καὶ ὅπως ἐκκομίζεσθαι μέλλοι καὶ κατὰ ποίας πύλας· ὁ δὲ οὐκ ἤκουσε ὁρῶν τὰ λεχθέντα, κνεφαῖος δὲ διαναστάς καὶ παραφνλάξας τοῦ ζεύγους ἐπελάβετο καὶ ἀνίχνευσε τὸν νεκρόν. καὶ ὁ μὲν ἐτάφη, ὁ δὲ ἐκολάσθη.

1206 Cicero de divin. II 70, 144. Quid? ipsorum interpretum coniecturae nonne magis ingenia declarant eorum quam vim consensumque naturae? Cursor ad Olympia proficisci cogitans visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Mane ad coniectorem. At ille: „Vinces“, inquit „id enim celeritas significat et vis equorum.“ Post idem ad Antiphontem. Is autem: „Vincere, inquit, necesse est. An non intelligis, quattuor ante te cucurrissent?“ — Ecce alius cursor (atque horum somniorum et talium plenus est Chrysippi liber, plenus Antipatri) sed ad cursorem redeo. Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum. At ille: „Vicisti. Ista enim avi volat nulla vehementius.“ Huic eidem Antiphon: „Baro, inquit, victum te esse non vides? Ista enim avis, insectans alias aves et agitans, semper ipsa postrema est.“ — 145. Parere quaedam matrona cupiens dubitans, essetne praegnas, visa est in quiete obsignatam habere naturam. Rettulit. Negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. At alter praegnatam esse dixit; nam inane obsignari nihil solere. Quae est ars coniectoris eludentis ingenio. An ea quae dixi et innumerabilia, quae conlecta habent

20 Propter similitudinem ceterorum ad librum περὶ χρησμῶν refero frgm., quod etiam ad librum περὶ ἐνυπνίων referri possit. 30 avi Lambin., avis libri. 31 huic eidem Lambin., huic equidem ABHV.

Stoicorum veterum fragm. II.

Stoici, quicquam significant nisi acumen hominum ex similitudine aliqua coniecturam modo huc, modo illuc ducentium?

§ 3. De artificiosa divinatione.

1207 Cicero de divin. I 72. Quae vero aut coniectura explicantur
5 aut eventis animadversa ac notata sunt, ea genera divinandi, ut supra
dixi, non naturalia, sed artificiosa dicuntur; in quo haruspices, augures coniectoresque numerantur. Haec improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur.

1208 Cicero de divinatione I 49, 109. Quid? si etiam ratio exstat
10 artificiosae praesensionis facilis, divinae autem paulo obscurior? quae
enim extis, quae fulgoribus, quae portentis, quae astris praesentuntur, haec notata sunt observatione diuturna. Affert
autem vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam: quae potest esse etiam sine motu atque impulsu deorum, cum quid
15 ex quoque eveniat et quid quamque rem significet, crebra animadversione
perspectum est. Altera divinatio est naturalis ut ante dixi; 110. quae
physica disputandi subtilitate referenda est ad naturam deorum, a qua,
ut doctissimis sapientissimisque placuit, haustos animos et libatos habemus: cumque omnia completa et referta sint aeterno sensu et
20 mente divina, necesse est contagione divinorum animorum animos humanos commoveri.

1209 Cicero de divinatione I 52, 118. *Hoc autem posito atque
concesso, esse quandam vim divinam, hominum vitam continentem, non
difficile est, quae fieri certe videmus, ea qua ratione fiant, suspicari.*
25 *Nam et ad hostiam deligendam potest dux esse vis quaedam
sentiens, quae est toto confusa mundo: et tum ipsum, cum immolare velis, extorum fieri mutatio potest, ut aut absit aliquid aut
supersit: parvis enim momentis multa natura aut affingit aut mutat
aut detrahit.*

30 Cf. II 35. *pudet me non tui quidem — sed Chrysippi, Antipatri, Posidonii, qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum a te,
ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quae toto confusa mundo sit. Illud vero multo etiam melius, quod
et a te usurpatum est et dicitur ab illis: cum immolare quispiam
35 velit, tum fieri extorum mutationem, ut aut absit aliquid aut supersit;
deorum enim numini parere omnia.*

1210 Cicero de divin. I 118. Nam non placet Stoicis singulis
iecorum fissis aut avium cantibus interesse deum; neque enim decorum
est nec dis dignum nec fieri ullo pacto potest; sed ita a principio incho-
40 atum esse mundum, ut certis rebus certa signa praecurrerent, alia in
extis, alia in avibus, alia in fulgoribus, alia in ostentis, alia in stellis,

20 contagione *Davisius*, cognitione ABHV; cognatione *alii*.

alia in somniantium visis, alia in furentium vocibus. Ea quibus bene percepta sunt, ii non saepe falluntur; male coniecta maleque interpretata falsa sunt non rerum vitio, sed interpretum inscientia.

1211 Cicero de divin. II 33. Cum rerum autem natura quam cognitionem habent (scil. exta, e quibus haruspices futura praedicunt)? quae ut uno consensu iuncta sit et continens, quod video placuisse physicis eisque maxime, qui omne, quod esset, unum esse dixerunt, quid habere mundus potest cum thesauri inventionem coniunctum? Si enim extis pecuniae mihi amplificatio ostenditur idque fit natura, primum exta sunt coniuncta mundo, deinde meum lucrum natura rerum continetur. Nonne 10 pudet physicos haec dicere? Ut enim iam sit aliqua in natura rerum contagio, quam esse concedo — multa enim Stoici colligunt; nam et musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, et puleium aridum florescere brumali ipso die et inflatas rumpi vesiculas et semina malorum, quae in iis mediis inclusa sint, in contrarias 15 partis se vertere, iam nervos in fidibus aliis pulsibus resonare alios, ostreisque et conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant pariterque decrescant, arboresque ut hiemali tempore cum luna simul senescente quia tum exsiccatae sint, tempestive caedi putentur. 34. Quid de fretis aut de marinis 20 aestibus plura dicam? quorum accessus et recessus lunae motu gubernantur. Sescenta licet eiusdem modi proferri, ut distantium rerum cognatio naturalis appareat — demus hoc — qua ex coniunctione naturae et quasi concentu atque consensu, quam *συνπάθειαν* Graeci appellant, convenire potest aut fissum iecoris cum lucello meo aut meus quaesti- 25 culus cum caelo, terra rerumque natura?

1212 Origenes contra Celsum IV 88 Vol. I p. 360, 13 Kō. (p. 569 Del.). *πρότερον μὲν γὰρ ἐξήγηται ὅτι τις τέχνη οἰωνιστικὴ καὶ ἀπαξιαπλῶς ἢ διὰ ζώων μαντικὴ ἢ οὐκ ἔστι· δεύτερον δὲ παρὰ τοῖς παραδεξαμένοις εἶναι τὴν δι' ὀρνίθων μαντικὴν οὐ συμπεφώνηται ἢ αἰτία τοῦ 30 τρόπου τῆς μαντείας· ἐπειδὴ περ οἱ μὲν ἀπὸ τινῶν δαιμόνων ἢ θεῶν μαντικῶν φασὶ γίνεσθαι τὰς κινήσεις τοῖς ζώοις, ὀρνίσι μὲν εἰς διαφόρους πτήσεις καὶ εἰς διαφόρους φωνάς, τοῖς δὲ λοιποῖς εἰς τὰς τοιασδὲ κινήσεις ἢ τοιασδὲ, ἄλλοι δὲ θειοτέρας αὐτῶν καὶ πρὸς τοῦτ' ἐπιτηδείους εἶναι τὰς ψυχάς· ὅπερ ἔστιν ἀπιθανώτατον.* 35

ibid. 90 Vol. I p. 362, 22 Kō. (p. 570, 71 Del.). *Λεγτέον οὖν ὅτι εἴπερ τις θεία φύσις ἦν ἐν αὐτοῖς τῶν μελλόντων προγνωστικὴ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον πλουσία, ὥς ἐκ περιουσίας καὶ τῷ βουλομένῳ τῶν ἀνθρώπων δηλοῦν τὰ ἐσόμενα, δηλονότι πολλὴν πρότερον τὰ περὶ ἑαυτῶν ἐγγίνωσκον etc.*

Cf. etiam 91. 94.

1213 Cicero de divinatione I 53, 120. Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum huc tum illuc volent alites: tum in hac tum in illa parte se occultent, tum a dextra tum a sinistra parte canant oscines. Nam si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, pronò, obliquo, supino, membraque quocunque vult flectit, contorquet, porrigit, con- 45

2 Cf. Gellius N. A. XV 13.

19 senescente C. F. W. Müller, senescentes

libri. 33 τοιάσδε A, τοιάσδε vulg.

trahit, eaque ante efficit paene quam cogitat: quanto id deo est facilius, cuius numini parent omnia.

1214 Cicero de divin. II 56, 115. *Sed iam ad te venio, o sancte Apollo — — tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit, partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, ut fit in omni oratione saepissime, partim flexiloquis et obscuris, ut interpretes egeat interprete et sors ipsa ad sortes referenda sit, partim ambiguas et quae ad dialecticum referenda sint.*

Cf. ibid. I 19, 37. *Collegit innumerabilia oracula Chrysippus nec ullum sine locuplete auctore atque teste.*

1215 Cicero de divin. II 117. (contra Chrysippum disputans, qui multa Apollinis oracula collegerat): *Sed — cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur, non modo nostra aetate, sed iam diu, iam ut nihil possit esse contemptius? Hoc loco cum urgentur, evanuisse aiunt vetustate vim loci eius, unde anhelitus ille terrae fieret, quo Pythia mente incitata oracula ederet.*

1216 Lactantius instit. div. I 6. (in Sibyllarum catalogo) *tertiam Delphida, de qua Chrysippus loquitur in eo libro, quem de divinatione composuit.*

5 „ea ratione“ coni. Müller Fleckeis. ann. 1864 p. 625.